



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis

Dietrich <von Engelsheim>

Münster, [1893-1897]

52. Revocacio incorporationis per papam Eugenium facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

Reverendissimo in Christo patri domino Hermanno Dwergh, prothonotario sedis apostolice, nostro domino gratioso.

Humiles et devotissimi servitores, prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Copia cuiusdam littere scripte dominis de collegio cardinalium per capitulum Paderbornense.

51. Dieses Schriftstück ist ebenfalls nach Inhalt und Wortlaut mit Ausnahme der Abweichungen, die durch die Adressirung geboten waren, übereinstimmend mit der Eingabe an Papst Martin (vergl. Nr. 49).

Revocacio incorporacionis et unionis ect.

Nach den beiden Originalen im Kgl. Staatsarchive Münster, Fürstenthum Paderborn 1520. Caps. I. Nr. 13. An einer der Urkunden fehlt das Bleisiegel.

Vergl. Schatens Annalen zum Jahre 1431.

52. Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
- 1431
16. Juni. Provisionis nostre debet provenire subsidio, ut per apostolice dispositionis arbitrium provide gesta litterarum nostrarum merita attestacione pandamus, ne quisquam sui iuris defensione latente indebitis affici valeat molestiis, gravaminibus seu damnis. Dudum siquidem cum nostre innotuisset providentie, quod quamplures eatenus de diversis ecclesiis tam cathedralibus quam etiam metropolitanis necnon monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, officiis ac etiam ipsarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum prebendis, parochialibus eccle-

siis et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, tam secularibus, quam regularibus, exemptis et non exemptis per predecesores nostros facte fuerant uniones, annexiones et incorporationes, propter quas, si effectum consequerentur, dissensiones et scandala succrescerent, animarum cura in illis, quibus illa immineret, negligeretur, cultus diminueretur divinus, et multis posset preiudicium generari. Hiis et aliis rationabilibus suadentibus causis videlicet quarto Idus Martii, pontificatus nostri anno primo, per quandam constitutionem nostram omnes uniones, annexiones et incorporationes de ecclesiis cathedralibus, metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, prebendis, parochialibus ecclesiis et aliis beneficiis supradictis, quocunque nomine censerentur invicem seu ecclesiis cathedralibus et metropolitanis, monasteriis, mensis archiepiscopalibus, episcopalibus, abbatialibus, capitularibus et conventualibus, necnon dignitatibus, personatibus, officiis seu beneficiis ecclesiasticis quibuscunque apostolica vel ordinaria auctoritate sub quibusvis colore, modo et forma vel expressione verborum usque ad diem assumptionis nostre ad summi apostolatus apicem per quosvis predecesores nostros factas, que nondum sortite fuerunt effectum, et ex quibusvis hii, in quorum commodum uniones, annexiones et incorporationes huiusmodi emanarunt, ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, dignitatum, personatum et officiorum, prebendarum, parochialium ecclesiarum et aliorum beneficiorum huiusmodi pacificam possessionem assecuti non fuerunt, necnon quecunque concessiones et mandata de huiusmodi unionibus, annexionibus et incorporationibus faciendis usque ad diem assumptionis predictae facta cassavimus, revocavimus et annullavimus, nulliusque roboris fore volumus vel momenti, omnesque et singulas causas occasione

1431.

12. März.

unionum, incorporationum et annexionum, seu super illis et earum effectu coram quibuscunque iudicibus seu commissariis tam in Romana curia, quam extra eam ex commissione seu delegatione apostolica ac delegatorum huiusmodi subdelegatione introductas seu dependentes advocavimus litemque illorum occasione et super illis quoscunque contingentem penitus extinximus irritumque decrevimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum autem super constitutione huiusmodi littere apostolice confecte non fuerint, et sicut nuper pro parte dilectorum filiorum prepositi, decani et capituli ecclesie Padeburnensis nobis exhibita peticio continebat, ipsi pro sui iuris conservatione docere habeant de constitutione supradicta, Nos, ne ipsi in huiusmodi per eos de dicta constitutione facienda probatione deficient et propterea in huiusmodi suo iure ledantur, providere volentes, volumus et auctoritate apostolica tenore presentium decernimus, quod presentes littere ad probandum plene constitutionem predictam, prout superius enarratur, ubique sufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur, quinymmo eisdem presentibus litteris in iudicio et extra, ubicunque exhibite fuerint vel ostense, quo ad huiusmodi probationem stetur et secundum eas iudicetur, acsi super constitutione predicta huiusmodi apostolice littere confecte forent, illisque staretur, si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo tri-

cesimo primo, sexto decimo Kalendas Julii, pontificatus nostri anno primo.

IIIIII

R. de Valentia.

Galhardus.

Ascultata per me, An. de Adria loco, procuratorem primum dominorum, literarum apostolicarum registratorem; et concordat cum registro ipsorum.

Pro P. Cloveti
F. de Laude.

Theodericus, archiepiscopus Coloniensis, Westphalie et Angarie dux ect. Erber guden vrunde! Als ir uns nu geantwort hait antreffende die incorporacie, de unse heliger vatir de Babst uns unde unssem stichte van Colne gethann hait an unssem stifte van Paderborn, unde bogerent, daz wyr davan lassen ect, haven wyr verstanden unde lassen uch wissen, waz dairynne gescheyn ist, daz daz luttir-ligen unde genssligen gescheyn ist umme nutze unde fredens willen der lande daselwest, unde ouch angesehen, daz der styfft Paderborn keynen bischoff gehalden noch fuden kan, unde daz er uns ist unsir lebetage und nach unssem tode hundred yare unssen nachkomelingen unde stift, [vurschriuen]¹⁾, unde ouch daz wyr unsirs geldis unde gudes, daz wyr van unssem stift van Colne dairan groblich geleydt hann, sycher woirden, als daz capittel uns daz ouch etzlicher maissen verschreiben hait. In wilcher incorporacie ouch dem styfft van Mentze alle syn reicht ussgnomen unde behalden ist, dem wyr ouch

53.

1430

19. Nov.

¹⁾ nach dem Sinne ergänzt.